



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro C. Ivdici Turritano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

super Ecclesia supradicta silentium imponi Curacensibus monachis & ab ipsorum im- petitione absolvvi penitus petebatis. Cum verò dicti judices super causa meritis adi- vicem discordarent, & partes causam ip- sam nostro potius quam eorum optarent judicio terminari, tam ipsum causam quam partes cum rationibus quaे pertinebant ad eam juxta mandati nostri tenorem ad nos- tram præsentiam remiserunt. Demum ita- que dilectis filiis Nicolao Curacensi & Hu- gone Priore sancti Georgij & Ioseph vestris monachis nostro conspectui præsenta- tis, & quaे acta fuerant coram judicibus supradictis & rationes alias nobis exponere procurantibus, nos illis diligenter auditis & perspicaciter intellectis, vos ab impeti- tione Curacensium super eadem Ecclesia per dissimilitudinem sententiam prorsus absolvimus, eisdem super ipsa perpetuum silen- tium imponentes; præsertim cum illis re- gulam & institutionem Cisterciensis ordi- nis ab ipsa monasterij fundatione professis, absque superioris dispensatione non exte- rit ad obtinendum sic Ecclesiam laborare. Nulli ergo &c. dissimilitudinis infringere &c. usque incursum. Datum apud Criptam ferratam 11. Kal. Septembbris, pontificatus nostri anno decimoquarto.

*ARCHIEPISCOPO ET
Decano & Cantori Cufentiniis.*

Epist. 100.
Super codem.

Intra dilectos filios Abbatem & con- ventum de Flore ac monachos Cura- censes super Ecclesia Calabromariae, quam ipsi cum suis pertinentiis &c. in eundem fer- modum ut in alia usque laborare. Quocir- ca dissimilitudinem vestram per apostolica scripta mandamus quatinus quod à nobis est sententialiter dissimilitudinem, vos per censuram ec- clesiasticam sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo faciatis in- violabiliter observari. Quod si non omnes &c. tu ea, frater Archiepiscopo, cum eo- rum altero &c. Datum ut in alia per totum.

*NOBILI VIRO C. IUDICI
Turritane.*

Epist. 101.
Adversus Ot-
tonem Imper.
Siciliæ inhan-
tem.

Cum Pisani contra prohibitionem & excommunicationem nostram Otto- ni dicto Imperatori ad impugnandum reg- num Siciliæ, quod Ecclesiæ patrimonium esse dinoscitur, navalem exercitum desti- narint, & sit tibi & aliis Sardiniae Princi- pibus sollicitè præcavendum ne si forsitan contra vos vel aliquem vestrum, paci quo- rum invidient & quieti, vellent aliquid ma-

chinari, vos inveniant imparatos, nobili- tatem tuam monemus & exhortamur at- tentius, per apostolica scripta precipien- do mandantes quatinus si dicti Pisani Sar- diniam ingredi attenterint, tu ipsis una cum aliis magnatibus Sardiniae totis viribus resistere non omittas. De terra vero Ga- luari quam tenes, nullum cum Pisani vel aliis sine nostro speciali mandato contrac- tum inire præsumas. Datum apud Criptam ferratam 111. Non. Septembbris, pontifi- catus nostri anno decimoquarto.

*In eundem ferè madam scriptum est nobili viro Hugoni de Basso usque non omittas.
Datum ut in alia per totum.*

*TVRRITANO ET ARBORENSI
Archiepiscopis.*

Fraternitatì vestrae præsentium aucto- ritate mandamus quatinus auditis his quaē dilectus filius nobilis vir W. Index Ca- litanus super negotio Arborensi vobis duixerit proponenda, & pensatis pruden- ter circumstantiis rerum & personarum, temporum & locorum, salutare sibi consi- lium auditorate apostolica tribuatis. Da- tum ut in alia.

TVRRITANO ARCHIEPISCOPO.

Dilectus filius nobilis vir W. Cali- tanus judex peritorio nobis oblati suggesst quod inter ipsum & nobilem mu- lierem G. filiam Comitis Guidonis, quam duxerat in uxorem, illa consilii linea pa- rentela qua inter eos legitimum existere conjugium non permittit. Vnde nobis hu- militer supplicavit ut super hoc apostolico dignaremus ei suffragio providere. Quocir- ca fraternitatì tuae per apostolica scripta mandamus quatinus assumptis venerabili fratre nostro Arborensi Archiepiscopo & alio viro prudente quem dicta mulier du- xerit eligendum, audias causam cum illis vel eorum altero, si ambo nequivirint vel noluerint interesse, & eam appellatione remota canonico fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasti- cam firmiter observari. Quod si prefata nobilis infra terminum quem duxerit pre- figendum tibi neglexerit coniudicem alli- gnare, tu nihilominus secundum formam præscriptam in causa procedas; præsertim si carnalis commixtio, sicut accepimus, inter eos non fuerit subsecuta. Datum ut in alia.